postea constituat alios ad iudicia tamen non reservat omnium procura-
torum suorum alias quibuscumque fori verborum per ipsum constitutorum
procuratorum ad iudicia alias per eum constitutos videtur dumtaxat
revocasse et non alios ad negotia ideo quia duo et diversa
videntur esse mandata et licet ipsum sit revocatum tamen stat
reliquum et tales generales sunt multiplex intelligende ut in l.
qui dulcia ff. de vino tritico et oleo legato presertim
si appareat per aliquem actum dicta revocantis alios procuratorum adhuc
gratia constitutos post huiusmodi revocatorum beneficium aliquod vacans noviter
dum fuit acceptavit quidam acceptatores idem dominus ratam
et gratam habuit fecit sibi de illo beneficio provideri et se in possessione
induci et per aliqua tempora idem beneficium sic acceptatum tenuit
et possedit quos actus expresse arguunt quod ipsum revocare voluit
ar. c. quia l. c. i. non . m. c. licet de prima l. vi.
Si quis dicat se beneficium aliquod canonice et licite posse-
disse et spoliatum esse petens se restitui licet non
producat suam institutionem nec dicat per quem fuerat institutus
dicebant omnes domini me excepto vno alio dumtaxat excepto huiusmodi
articulum fore admittendum ad probandum in Curia et quod extunc
poterit producere suam institutionem et inductionem vel probabit per
testes de testis primo l. vi. michi videbatur articulum fore vagum
incertum et confusum et dativum ergo non esse admittendum quia non est
vagandum in deffinito alterius ff. de do. l. idem conquit et
ff. i. unf. ptor edicit de ele. vt circa eu. ubi notatur per archidiaconum
preterea verbum canonice est verbum iuris quod non cadit in intellec-
tum ergo de testibus cum canonice et quod ad canonicitatis institutionem requiruntur
multa de quibus in c. primo de test. unf. li. vi. ergo allega-
bam etiam contra admissionem dominum Innocentium in c. ex parte et c.
cum litteris de testibus . ipso . et dominum archidiaconum de eo qui mittitur in pos-
sessionem causa rei ser. c. unico li. vi. qui dicunt quod petente restitutionem
beneficij oportet probare se possessorem habuisse ab illo qui habuit
auctoritatem instituendi et quia predictus articulus nec de illo nec
de alio aliquid dicat seu deducit in predicto articulo michi et in
predicto meo videbatur non esse audiendus presertim attento stilo
meo quo non admittimus aliquem restitutionem petentem in be-
neficialibus nisi exhibeat et producat aliquem titulum coloratum
propter non dictorum duorum et doctorum et Jo. an. et pau. in cle-
mentina de causa pos. et propr. et plenius per Jo. an. in addi. spec.
ti. de testibus . ipso . in prin. ad quod ultimum respondebatur aliud esse de
probare aliud de probandis sic loquamur de probare et sua respondemus